Remisit Sanct.mus D.nus noster huic Sacrae Congregationi super negotijs Episcoporum, et regularium supplicem libellum S.ti Suae porrectum, in quo conqueritur Petrus Jouaneaux Gallus, quod ex ordine supremi istius Ciuitatis Tribunalis, uxor eius nolit cum ipso cohabitare, et q. fel. rec. Sixtus Quintus mulierem ipsam ei restitui alias mandauerit. Et quia ex huiusmodi separatione facile oriri possent scandala, et peccata, nec possit uxor inuito marito sine graui causa seorsum habitare; visum fuit Ill.mis D.nis meis Cardinalibus eidem Sacrae Congregationi praepositis D.ni Tuae Ill.mae negotium hoc totum committere, eamque enixe rogare, ut pro prudentia ac Pastorali officio suo, auctoritateque huius Sacrae Congreg.nis (quatenus opus sit) efficere uelit, quod si nihil Canonicum obstet, praefato oratori uxor statim restituatur, et consignetur: contradicentes quoscumque poenis, et censuris arbitrio suo infligendis compescendo, ac de successu certiores suis litteris reddere quamprimum dignetur. Ego interim D. T. Ill.mae manus humiliter deosculor, Deumque precor ut eam diu incolumem seruet. Romae die secunda maij M.D.XCV.

Ill.mae ac Reuer.mae D. Tuae

Humill.s ser.s
Car.lis Alex.nus

Ill.mo Car.li Archiep.o Spalat.o (Jouaneaux)

Ill.mo et Reuer.mo D.no meo colend.mo D. Card.li
Archiep.o Hispalensi.